
MEDICAMENTA

PRÆPARATA ET COMPOSITA.

CAP. I.

SIMPLICIUM QUORUNDAM MEDICAMENTORUM PRÆ- PARATIONES.

CARBONAS CALCIS PRÆPARATUS:
olim, CRETA PRÆPARATA, et CANCRORUM
LAPILLI; vulgo, OCULI CANCRORUM PRÆ-
PARATI.

CARBONAS CALCIS, five mollior, vul-
go Creta dictus, five durior, vulgo
Lapilli et Oculi Cancrorum dictus, in mor-
tario

C 2

tario

36 PRÆPARATIONES

tario ferreo in pulverem tritus, et super porphyritem cum pauxilla aqua lævigatus, indatur vasi amplo: tum affundatur aqua, quæ, vase sæpius agitato, polline onusta elutrietur. Quiescente aquâ, subidet pulvis subtilis, exsiccandus.

PULVIS crassus quem aqua sustinere nequit iterum lævigetur, et eodem tractetur modo.

CARBONAS FERRI PRÆPARATUS:
olim, RUBIGO FERRI PRÆPARATA.

FERRI limatura purificata sæpius aquâ humectetur, ut fatiscat in rubiginem, quæ in pollen teratur.

CARBONAS ZINCI IMPURUS PRÆPARATUS: olim, LAPIS CALAMINARIS PRÆPARATUS.

CARBONAS Zinci impurus, ab iis qui orichalcum conficiunt torrefactus, præparatur ut Carbonas Calcis.

FERRI

FERRI LIMATURA PURIFICATA.

IMPOSITO limaturæ cribro, admoveatur magnes, ut trans cribrum limatura sursum attrahatur.

FERRI OXIDUM NIGRUM PURIFICATUM: olim, FERRI SQUAMÆ PURIFICATÆ.

FERRI Oxidi nigri squamæ, ad fabrorum incudes reperiundæ, magnete admotopurificantur: Magnes enim squamas tenuiores, puriores, tantum attrahit, relictis crassioribus, minus puris.

OXIDUM ZINCI IMPURUM PRÆPARATUM: olim, TUTIA PRÆPARATA.

PRÆPARATUR ut Carbonas Calcis.

C 3

SULPHAS

SULPHAS ALUMINÆ EXSICCATUS :
olim, ALUMEN USTUM.

SULPHAS aluminæ in vase fictili vel
ferreo lique scat et urgeatur igne, donec
ebullire definat.

SULPHUR SUBLIMATUM LOTUM.

R. Sulphuris sublimati libram unam,
Aquæ libras quatuor.

SULPHUR coque paulisper ex aqua ;
deinde hanc aquam effunde, et, frigidâ
affusâ, omne acidum abluë ; denique sul-
phur exsicca.

SULPHURETUM ANTIMONII PRÆ-
PARATUM : olim, ANTIMONIUM PRÆ-
PARATUM.

SULPHURETUM antimonii præparatur
eodem modo ac Carbonas Calcis.

MEL

MEL DESPUMATUM.

MEL in balneo aquoso liqua, et spumam aufer.

HERBARUM ET FLORUM
EXSICCATIO.

HERBÆ et flores hypocausti vel foci communis calore leni exsiccentur, ea quantitate tantum qua id quàm citissime fiat. Sic enim eorum vires optime servantur; cujus indicium est color natus quàm perfectissime constans.

CONII maculati verò folia, et alia, materie subtili volatili referta, post exsiccationem illico conterantur, et vasis vitreis bene obturandis reponantur.

SCILLA MARITIMA EXSICCATA.

RADICEM Scillæ Maritimæ, ablatâ externâ tunicâ, transversim in taleolas tenues seca, et leni calore exsicca. Recte exsiccatæ indicium est, quod friabilis reddita amaritiem et acrimoniam retinet.

PULPARUM EXTRACTIO.

FRUCTUS qui pulpam præbere possunt, si immaturi sint, vel maturi et ficci, coque cum pauxilla aqua, ut mollescant; deinde pulpam per cribrum setaceum exprime; postea in vase fictili coque lento igne, crebrò agitans, ne aduratur, donec mellis spissitudinem habeat.

ITEM

ITEM Cassiæ Fistulæ pulpa ex filiqua
contusa excoquenda est, deinde aquam
evaporando ad idoneam spissitudinem re-
ducenda.

FRUCTUUM maturorum et recentium
pulpæ per cribrum exprimantur, nullâ
coctione præmissâ.

CAP. II.